



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

III. De tempore aduentus Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

bito autem Christo hæc politia funditus deleta est,  
propter hanc etiam causam, ut esset testimonium,  
Messiam uenisse.

## III.

*DE TEMPORE  
aduentus Christi.*

Perſpicuè definit tempus aduentus CHRISTI, Patriarcha Iacob, cum inquit, Stante politia Iudaici, & durante ministerio docendi publico, Meſtiam uenturum eſſe. Cum igitur iam regnum Iudaicum, & ministerium iudicandi & docendi ferè diuitiis extinctum ſit, quam ante floruerit, neceſſe eſt Meſtiam apparuiffe. Etsi enim antea quoq; in captiuitate Babylonica Sceptrum de Iuda aliquandiu ablatum eſt, (ut ſemper promiſſiones corporales, cum excepcione caſtigationis & crucis intelligenda ſunt:) Tamen de pedibus eius, hoc eſt, Regni reliquijs alii qui duces preſtantes authoritate ſemper fuerunt, nec unquam uel Legiſlator politicus uel ministerium Legis prorsus ſublatum eſt. Nam etiam cum Romani Regnum Iudaicum occupaſſent: Tamen curatoꝝ μίαρ in cultibus diuinis, & iurisdictione inferiori Iudeis reliquerunt. Nunc uero annos amplius 1500, nullam politiæ formam, nullum Legiſlatorem, aut ministerium Legis publicum tenuerunt. Neceſſe eſt igi-

187

tur Meſſiam ſtante adhuc politia & ministerio Le-  
gis ueniffe, ut Daniel certum annorum numerum,  
uidelicet 490. à reedificatis Hieroſolymis uſq; ad  
CHRISTVM ducem definit.

## I I I I.

DE PERSONA  
Christi.

Omnis interpretes in eo conueniunt, uoce שִׁלֹּה Siloh, Meſſiam significari. De ratione au-  
tem appellationis cum alij aliter differant, Lutheri  
poſtremam ſententiam fidei ἀναλογοπ retinebimus,  
quam ante quadraginta annos Petrus Galatinus lib.  
4. capite 4. de occultis Catholice ueritatis, memorie  
tradidit. Certum eſt uocem שְׁלוֹאָת Siloath signi-  
ficare Chorion, ſeu pellem inuoluentem foetum, quam  
Secundinam uulgo Medici uocant. ideo uocem Si-  
loh interpretatur filium Secundinæ ſeu filium uir-  
ginis, ut in prima promiſſione dicitur, Semen Mulie-  
ris, non uiri, conteret caput Serpentis. Quam inter-  
pretatur Esaias inquiens, Ecce Virgo concipiet, &  
pariet Filium, & uocabis nomen eius Emanuel.

Edificant autem Studiosi dulcissimos & uenusti-  
ſimos Verſiculos, quibus haec appellatio Siloh, quam  
Jacob Christo tribuit, expreſſa eſt.

1 5 Gnate